

# CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

---

MEDIOLANENSIS seu LAUDENSIS

BEATIFICATIONIS et CANONIZATIONIS

SERVI DEI

CAROLI MARIAE AB ABBIATEGRASSO

(in saeculo: CAIETANI VIGEVANO)

SACERDOTIS PROFESSI

ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM

(1825-1859)

---

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

“Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et, quod infirmum est Dei, fortius est hominibus” (1Cor 1, 25).

Servus Dei Carolus Maria ab Abbiategrosso (in saeculo: Caietanus Vigeveno) se totum Iesu Christi Matrisque eius Perdolentis esse voluit. Itaque ipse, suae humanae parvitas per humilitatem conscius, magnitudinem ac virtutem Dei ostendit. Nonnullis mensibus, quibus in Casale Gausari, Laudensem intra dioecesim, versatus est, multos ad Sanctuarium v.d. *Madonna dei Cappuccini* attrahebat fideles, corda eorum divino implebat solacio, omnes spem in caritate Dei invenire hortabatur necnon ut Virginem Mariam virtutum exemplum potentemque gratiarum mediatricem aspicerent.

Septemdecim primogenitus fratrum, Servus Dei Abiati Crassi ortus est, infra fines Archidioecesis Mediolanensis, die 30 mensis Augusti anno 1825. Puer auxilium laboris parentes praestabat apud textilium tabernam eorum, sed libentius liturgicae paroeciae vitae intererat, in aegrotis visitandis adiuvandisque egenis consumabat tempus, pueros doctrinam christianam docebat. Sacerdotes paroeciae, dein praepositus Franciscus Palazzi, spirituales Servi Dei facti sunt moderatores. Qui iam singulariter largum bonumque animum habebat. Quapropter erant qui eum captum mente iudicabant.

Servus Dei vocationem suam ad vitam religiosam absolvit. Cum octavum et vigesimum annum ducebat, ut inter Capuccinos ingrederetur petivit et novitiatum inchoavit. Gravem ob quendam pthisis naturae morbum, qui incurabilis videbatur, domum coactus est redire. Recreatus, denuo receptus est uti tertiarius. Anno 1855 Sanctae Sedis indultum habuit temporis novitatus peracti, ita ut vestem Capuccinorum induere posset ac religiosam professionem in conventu Sancti Victoris Mediolani die 30 mensis Martii anno 1855 emittere. Suam summam propter pietatem aetateque intenta, triennii philosophici usus est vacatione et ad theologiam admissus est discendam. Mendicantium privilegio de Sacrorum Ordinum interstitiis fruendo, tonsuram, ordines minores, subdiaconatum, diaconatum sacerdotalemque ordinationem infra diem 16 et diem 26 mensis Decembris anno 1855 suscepit. Studia autem perfecerat, quo nec praedicare nec confessiones auscultare poterat. Inde, ad Casalem Gausari mense Iunio anni 1858 vergente missus, apud Virginis altare munus fideles recipiendi iisque benedictionem impertiendi est ei commissum. Per Matris Dei intercessionem, tunc plurimi impetraverunt gratias. Concursus fidelium, qui Missam a Servo Dei celebratam audiebant et benedictionem suscipientes, magis magisque increbruit. Quaedam hominum frequentia eum continuo quaerebat.

Die 9 mensis Novembris anno 1858 Servus Dei correptus est pneumonia. Mensibus illis, quibus in ecclesiam descendere ultra non valuit, fideles eum adibant in cubiculo. Animam Deo reddidit die 21 mensis Februarii anno 1859. Omnes sanctum quendam clare persuasi sunt, virum praecellentem, inclitum virtutibus, in primis caritate, humilitate et paenitentia, obiisse.

Nam Servus Dei totam per vitam Dominum super omnia obtinuit. Eius vivida fides sacramentorum gratia alebatur, maxime Eucaristiae, quam summa animi elatione adorabat, et Paenitentiae, cui lacrimis accedebat. Ardens Dei dilectio magnam erga proximum caritatem in eum infundebat. Iam iuventute se promptum ad moriendum quibusdam pro reis immo ostenderat, quos simplicitate fratres ducebat peccatores. Sancti Francisci regulam funditus observabat strictissimamque amplectatus est paupertatem. Silentium, moderationem, oculorum custodiam cupiebat. Correctiones modestia sumebat ac fratribus religiosis oboedientiae fuit exemplum.

Cuius vero sanctitatis fama numquam evanescit. Anno 1898 exuviae eius a Casalis Gausari coemeterio tralatae sunt ad ecclesiam v.d. Madonna dei Cappuccini. Paulo post Servi Dei incepta est Causa beatificationis et canonizationis. A die 13 mensis Ianuarii anno 1899 ad diem 28 eiusdem mensis anno 1903 Processus Ordinarius apud Curiam ecclesiasticam Mediolanensem habitus est, Processibus Rogatorialibus adiunctis Bergomi Laudaeque celebratis. Aliquot decenniis transactis, a die 11 mensis Iunii anno 2009 ad diem 8 mensis Septembris anno 2012 Inquisitio Suppletiva instructa est apud Curiam ecclesiasticam Laudensem. Haec Congregatio de Causis Sanctorum praedictorum Processuum et Inquisitionis validitatem iuridicam agnovit per decretum diei 15 mensis Novembris anno 2013. Congressus Consultorum Historicorum die 24 mensis Octobris anno 2017 Positionem apparatus

exquisivit. Inde disceptatum est consueto cursu an Servus Dei virtutes christianas heroico in gradu excoluisset. Consultores Theologi fausto voto locuti sunt die 17 mensis Decembris anno 2020. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria diei 30 mensis Novembris anno 2021 in Sessione, Servum Dei professi sunt theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico modo exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Caroli Mariae ab Abiatio Crasso (in saeculo: Caietani Vigevano), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Decembris a. D. 2021.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

✠ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis  
*a Secretis*

# CONGREGAZIONE DELLE CAUSE DEI SANTI

---

MILANO e LODI

BEATIFICAZIONE e CANONIZZAZIONE

del SERVO DI DIO

**CARLO MARIA DA ABBIATEGRASSO**

(al secolo: GAETANO VIGEVANO)

SACERDOTE PROFESSO

DELL'ORDINE DEI FRATI MINORI CAPPUCINI

(1825-1859)

---

## **DECRETO SULLE VIRTÙ**

“Ciò che è stoltezza di Dio è più sapiente degli uomini, e ciò che è debolezza di Dio è più forte degli uomini” (1Cor 1, 25).

Il Servo di Dio Carlo Maria da Abbiategrasso (al secolo: Gaetano Vigevano) volle essere tutto di Gesù Cristo e della sua Madre Addolorata. E così, consapevole per umiltà della propria umana pochezza, manifestò la grandezza e potenza di Dio. Nei pochi mesi in cui stette a Casalpusterlengo, in diocesi di Lodi, attirava molti fedeli al Santuario della Madonna dei Cappuccini, riempiva i loro cuori della consolazione divina, invitava tutti a trovare speranza nell'amore

di Dio e a guardare alla Vergine Maria quale modello di virtù e potente mediatrice di grazie.

Il Servo di Dio, primogenito di diciassette fratelli, nacque ad Abbiategrasso, entro i confini dell'Arcidiocesi di Milano, il 30 agosto 1825. Da ragazzo aiutava i genitori nella bottega di stoffe, ma più volentieri partecipava alla vita liturgica della parrocchia, passava il tempo visitando i malati e assistendo i poveri, insegnava il catechismo ai bambini. I sacerdoti della parrocchia, poi il prevosto Francesco Palazzi, divennero guide spirituali del Servo di Dio. Fin da allora, egli possedeva fuori dal comune un animo buono e generoso. Per questo taluni lo giudicavano debole di mente.

Il Servo di Dio maturò la vocazione alla vita religiosa. Aveva 27 anni, quando chiese di entrare tra i Cappuccini e iniziò il noviziato. Per una grave malattia di natura tubercolare, che pareva inguaribile, dovette tornare a casa. Ristabilitosi, fu riammesso come terziario. Nel 1855 ottenne l'indulto della Santa Sede per il tempo di noviziato già svolto, cosicché poté vestire nuovamente l'abito dei Cappuccini ed emettere la professione religiosa nel convento di San Vittore a Milano il 30 marzo 1855. A motivo della sua grande pietà e considerata l'età avanzata, fu dispensato dal triennio filosofico e ammesso a studiare la teologia. Usufruento del privilegio dei Mendicanti sugli interstizi per gli Ordini Sacri, ricevette la tonsura, gli ordini minori, il suddiaconato, il diaconato e l'ordinazione sacerdotale fra il 16 e il 26 dicembre 1855. Non aveva però completato gli studi, motivo per cui non poteva né predicare né confessare. Mandato quindi a Casalpusterlengo alla fine di giugno del 1858, gli fu affidato il compito di accogliere i fedeli presso l'altare della Vergine e impartire loro la benedizione. Per intercessione della Madre di Dio, molti allora ottennero grazie. Il concorso di fedeli, che assistevano alla Messa celebrata dal Servo

di Dio e ricevevano la benedizione, divenne vieppiù ingente. Molta gente lo cercava in continuazione.

Il 9 novembre 1858 il Servo di Dio fu colpito da polmonite. In quei mesi, quando non gli fu più possibile scendere in chiesa, i fedeli lo raggiungevano nella sua cella. Rese la sua anima a Dio il 21 febbraio 1859. Tutti avevano la chiara convinzione che fosse morto un santo, un uomo straordinario, distinto nelle virtù, specialmente nella carità, umiltà e penitenza.

Il Servo di Dio infatti per tutta la vita mise il Signore al di sopra di ogni cosa. La sua fede vivissima era nutrita dalla grazia dei sacramenti, specialmente dall'Eucaristia, che adorava con totale trasporto, e dalla Penitenza, alla quale si accostava con lacrime. Il suo amore ardente per il Signore infondeva in lui una grande carità verso il prossimo. Già in gioventù si era dimostrato perfino disposto a morire al posto di condannati, che con semplicità stimava fratelli peccatori. Osservava la regola di San Francesco in modo radicale e abbracciò la più stretta povertà. Amava il silenzio, la moderazione, la custodia degli occhi. Accettava le correzioni con modestia e ai suoi fratelli religiosi fu modello di obbedienza.

La sua fama di santità non si è mai affievolita. Nel 1898 i suoi resti mortali furono traslati dal cimitero di Casalpusterlengo all'interno della chiesa della Madonna dei Cappuccini. Poco dopo si iniziò la Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio. Dal 13 gennaio 1899 al 28 gennaio 1903 si tenne il Processo Ordinario presso la Curia ecclesiastica di Milano, con Processi Rogatoriali celebrati a Bergamo e a Lodi. Trascorsi vari decenni, dall'11 giugno 2009 all'8 settembre 2012 fu istruita un'Inchiesta Suppletiva presso la Curia ecclesiastica di Lodi. Questa Congregazione delle Cause dei Santi ha riconosciuto la validità giuridica dei suddetti Processi e dell'Inchiesta con decreto del 15

novembre 2013. Una volta approntata la *Positio*, il Congresso dei Consultori Storici l'ha esaminata il 24 ottobre 2017. Si è quindi discusso, secondo il consueto iter, se il Servo di Dio abbia esercitato in grado eroico le virtù cristiane. I Consultori Teologi si sono espressi con voto positivo il 17 dicembre 2020. I Padri Cardinali e Vescovi, nella Sessione Ordinaria del 30 novembre 2021, hanno riconosciuto che il Servo di Dio ha esercitato eroicamente le virtù teologali, cardinali e annesse.

Il sottoscritto Cardinale Prefetto ha quindi riferito tutte queste cose al Sommo Pontefice Francesco. Sua Santità, accogliendo e ratificando i voti della Congregazione delle Cause dei Santi, ha oggi dichiarato: *Sono provate le virtù teologali Fede, Speranza e Carità verso Dio e verso il prossimo, nonché le cardinali Prudenza, Giustizia, Fortezza e Temperanza ed annesse in grado eroico del Servo di Dio Carlo Maria da Abbiategrasso (al secolo: Gaetano Vigevano), Sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, nel caso e per il fine di cui si tratta.*

Il Sommo Pontefice ha poi disposto che il presente decreto venga pubblicato e inserito negli atti della Congregazione delle Cause dei Santi.

Dato a Roma il 13 dicembre nell'anno del Signore 2021.

MARCELLO Card. SEMERARO  
*Prefetto*

✠ FABIO FABENE  
Arciv. tit. di Montefiascone  
*Segretario*